

Eodem modo hypotenusæ, perpendiculara & bases de Secunda & Tertia Serie ostendent arcus seu angulos exquirendos. neque vlla est hac in parte difficultas, nisi vt non oscitanter aduertas, qualium partium sit perpendicularum seu basis: vtrum qualium ponatur subtendens angulum rectum, an Maius latus, an verò Minus includentium rectum 1000000000 partium. Nam leui momento multum erroris committes, si hanc curam neglexeris.

Atque hæ sunt rationes, quas præ cæteris in constructione nostrorum Canonum secuti sumus. Iam etsi quidem ordinis ratio postulet, vt Canon ipse subiiciatur, tamen quò vsus huius sit expeditior, separatim eum excudi placuit. His verò tribus de Fabrica Canonis libris, vnus ille de Triquetris rectarum linearum in planitie liber succedit.

F I N I S.



GEORGII